

## Franckesche Stiftungen zu Halle

**Qvvm Vir Magnificvs Maxime Reverendvs, Amplissimvs Nec  
Non Doctissimvs Gotthilff Avgvstvs Franckivs SS.  
Theologiae Doctor Et Pofessor Pvblicvs ...**

**Francke, Gotthilf August**

**[Halle], [1739?]**

**VD18 13255029**

Abschnitt

---

### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213878)



Edite, Pierides, fugite o procul, ora tenete,  
I procul a studiis turba profana piis.  
Vestra nec hic res est, Parnasia numina,  
numen

Vestrum non nobis verba canenda facit.  
Cedite, non bibimus steriles Aganippidos vndas,  
Purius ex ipso fonte bibentur aquae.  
Nobilior nostris animis illabitur ardor.  
Est ita, quod canimus carmine, Numen erit.  
Dicite, conuexi qui vertat pondera mundi,  
Dicite, qui punctum temporis omne ferat?  
Numen erit nostrum; cunctas quod temperat horas,  
Et iubet ad certos ire redire dies.

Cernitur in factis, in diuo numine Numen  
Quod facit, indicium creditur esse Dei.  
Plura quid? est facili res expedienda labore,  
Pluribus hic loquitur FRANCKIUS ille modis.  
Certior aetherei memorat de Numinis orsis  
Testis: at experto qualis habenda fides?  
Hoc duce, et herculeos potuit superare labores,  
Debit haud oneri succubuisse suo.  
Hoc duce, quod fuerat graue, fit leue pondus, et addit  
Defessis vires viribus ille suas.  
O ter felicem, quater, et sine fine beatum!  
Certe, cui Numen militat, ille valet.  
Salue! Magnificum Pindo decus addite FRANCKI  
Nostro, dux populi faxque caputque tui.  
Credita sceptrata tibi fuerant, tua iura dedisti  
Ciuiibus, et poteras Rector adesse tuis.  
Vnum sustinuit quondam ceruicibus orbem  
Atlas, sed nobis Tu magis alter eras.  
Agmina stipabant circum tua pulpita longa  
Ad nutus fuerant officiosa tuos.  
Te cathedrae expectant, poscunt sua iura Quirites,  
Ex Te quisquis opem quaerit habere suam.  
Cuilibet ergo suum tribuis: venit alter et alter:  
Hic abit, ast aures vellicat ille Tuas.  
Altera sceptrata tenet manus, altera Biblia, Praeses  
Exercesque tuum ius in vtroque foro  
Illa notat ciues, solitis scribitque libellis:  
Illa iuuentuti monstrat ad astra viam.  
Illa tenet geminas, populi pia pignora, clauas,  
Et coeli, et foribus praesidet illa fori.  
Quantane Magnifici moles Te nominis vrfit,  
Purpura sustinuit pondera quanta tua?  
Tu tamen et iustis nostris moderatus Athenis  
Legibus, et cunctis iustus et aequus eras.  
Diceris Augustus; quid? eras Augustus: vterque  
Gesserat imperium nobile pace suum.

Munera nunc ponis, clauēs, insignia, libros,  
Atque potestatis scepra coruſca tuae.  
En veniunt, miſcentque tui pia murmura ciues,  
Atque tuae teſtes dexteritatis erunt.  
Quos ſibi conſcriptos Patres, quos noſtra ſodales,  
Quos habet in gremio Fridriciana ſenes,  
Ad tua, Magnifice, hic plaudunt insignia, FRANCKI,  
Et ſtudii properant edere ſigna ſui.  
Alter in Arctoas procul hinc proficiſcitur oras,  
Alter in, Eoo quod iacet axe, ſolum.  
Quilibet at patriae referet tua nomina, dicet  
De Te, Magnifico, ſcepra tenente ſuo.  
Noſque, tui meritum Tibi conteſtamur amorem,  
Plaudimus ad faſces, Vir Venerande, tuos  
Plaudimus, et noſtro votorum claudimus agmen  
Murmure, Io ſalue! tota caterua canit.  
Pone tuos faſces; Tibi et haec Deus otia fecit,  
Scepra tenens ſceptris adfuit ille tuis.  
O bene felicem, quem ducit Rector olympi!  
Rectius, hic Rector quem regit, ille regit.



1598